Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



37

in salutem, non cecidit super eam sors ut alii pe
rirent & alii saluarentur. sed cunctis comu
nis uenit interitus; sanguis enim eius id est
homicidia & filiorum nece in medio illius sunt;
quem sanguinem effudit super limpidissimam
petram ut pareret & omnibus nec terra ope
ri[r]etur aut puluere non transire uidelicet
indignatio mea sed super apertissimum sangui
nem ultio properet; Naturae est enim ut si
sanguis fundatur inter ram cohibat humus
humorem sanguinis uel paulatim terra operia
tur & puluerem. cum autem super limpidissimam
petram & nullam habentem foueam sanguis
fuerit effusus. labitur & latam optinet se
dem; Hoc autem indicat quod non occulta sed
publica fecerit homicidia secundum illud quod
dicitur ad cain sanguis fratris tui clamat
ad me; propter ea dic ciuitati sanguinis non
unius sanguinum sed multorum. Ecce ego gran
dem inter pyram faciam siue educam
torrem quem uulgus titionem uocat.
Et non solum carnes inter molles et te
neras sed durissima ossa quoque suc